



De Avaricia

XVII

inuicem eternis ignibus dignum quod respondebis in illa die cum erigeret a te usque ad
 oculum omne tempus vivendi tibi impesum. Tunc quippe dabitur quodquid fuerit
 erit inuentum opus in te vel ociosi sermonis usque ad minimam cogitationem. Et
 tempus quo vivisti si non fuerit ad voluntatem dei directum. **¶ Quintum est consi-**
deratio future mercedis. vñ Aug. Si labor te terret vide mercedem. Vñ
Gen. xv. Et factus est sermo domini ad abraam per visum dicens. Noli timere
abraam ego protector tuus et merces tua magna nimis. Sic iam per christum dice-
re cuilibet homini bonum operanti. Ergo si terret pigram hominem labor attrahat
eum merces. nam gratuita dicitur videtur brevis mercenario si in fine diei expe-
ctat magnam partem temporalem quod est parum est respectu eterni premij. vnde Greg.
Spes i eternitate animam erigit. Et idcirco nulla mala que exterius tolerat sen-
tiri. Chrysostomus. Si tepestas nautis. vulnera militibus si frigora agri cultori-
bus propter premium temporalem leuia sunt. Quamto magis debent esse leuia propter premium
semper eternum. Si quis diceret surge vigila et ora hac die. et cras dabo tibi
centum florenos. Et secunda nocte plus promitteret. Et tertia nocte multo plus.
Et quarta maiorem honorem et dignitatem et diuitias quam habet imperator. faceres
libenter et sponte et pro merito. Sed hec nihil sunt respectu mercedis quam deus pro-
mittit operantibus bona opera. vñ Bern. sup. Can. Reuera vix est gaudium et
solum quod non de creatura sed de creatore percipitur. quod cum possides nemo tollec-
a te. cui operata omnia aliunde iocunditas meror est. omnia sua uitas dolor est. omne
dulce amarum omne deorum fenum. omne aliud quod delectare possit molestum. vñ
Aug. de li. arbi. Tanta est pulchritudo iusticie. tanta est iocunditas lucis eter-
ne. ut etiam si non liceret in ea amplius manere quam vni diei hora. propter hoc
solum innumerabiles anni hominum vite pleni deliciis. et etiam cum affluentia temporalium
um bonorum recte meritoque contemnerentur. vñ etiam Hieronimus. in quadam epistola. nul-
lus labor durus nullum tempus longum videri debet. quo gloria eternitatis adquiritur.
Vñ exemplum hoc legitur in vitispa. Quidam frater interrogauit abbatem achille
dicens. Cur sedes in cella mea patior accidiam. cui senex ait. quia non dum vidi
fratrem requiem quam speramus. neque tormeta que timemus. Si enim ea inspiceres. dili-
genter. et si vermibus esset plena cella tua usque ad collum etiam in ipsis remane-
res sine accidiam.

De peccato avaricie

A

Avaricia detestanda est propter propter multiplices maledictiones que in scri-
 pturis avaris inflite sunt. vñ Lu. vi. ve vobis diuitibus. et Ga.
 v. Agite nunc diuites. plorate ululantes in miseris vestris que adueni-
 ent vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt et vestimenta vestra a tineis sunt gme-
 sta. Aurum et argentum vestrum eruginauit et erugo eorum in te. erit vobis. et man-
 car. v. sicut ignis thebe. v. iram in non diebus. **¶ Itē Aug. Ve illis que inhiant**
ut augeant res pituras. vñ eternas amittant. et sic cum quis diligenter sacram-
scripturam aduertit tunc vij. maledictiones reperiuntur super avaros diuites.
Quare merito quis cauere debet avaritiam. Sed ad detestandum avaricie facit
hoc quod avaro nihil est iniquius. Ecce. r. Avaro nihil est scelestius. quia scelus iude pro-
petrat avari. et ultra. quia iudas dedit pro pro xxx. denariis. avarus autem
dedit eum quandoque pro vno denario cum non timet periculum committere